



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 6. Namucensis Comitatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

SOGNIACUM <i>Sogniacum: Sogny, ad Fl. Zennam la Zinne.</i> <i>Brennia: Brenne le Comte, quam fabulæ ad Brennum Gallicum referunt.</i> le Hainaut, <i>Angia: Enghien, nobis Anguien, Ducis Vindocinensis olim, nunc fortissimi Principis nomine nobilitatur.</i> Flan- <i>Hallæ: N.D. de Haulx, ad Fl. Zennam, de quibus Lipsius librum scriptit.</i> dris <i>Leffina: Lefsen, ad Fl. Teneram Dendre.</i> Henne- <i>Ceruia: Chieure, ad torrentem Hunellum Hunel.</i> Gouy. <i>Athum: Aeth, ad Fl. Teneram, Dendre.</i> <i>San-Gislenum: S.Gislain, Abbatia prædiues ad Fl. Hainam: Hayne.</i> <i>Lufa: Leuze, in ditione Montmorencæorum.</i>	MARIÆBURGUM <i>Mariæburgum: Marienbourg, à Mariâ Hungaricâ excitatum inter duos Fluuiolos Album, & Nigrum, inexpugnabile oppidum.</i> <i>Philippopolis: Philippeville, in gratiam Philippi II. condita contra Francos anno 1565. tum Mariæburgum occupantes.</i> CAROLOMONTIUM <i>Carolomontium: Charlemont, oppidum in modum arcis ad Fl. Mosam, à Carolo V. excitatum.</i> <i>Vallocuriæ: Valcourt, oppidum lautum, & amœno loco situm, quod agro Namurcensi cum superiori tribuitur, cùm Mariæburgum & Philippopolis vulgo Hannonia accenseantur.</i>
CAMERACVM <i>Cameracum: Cambray, Flandris Camerik, antiquissima ciuitas, & prima à Francis occupata ad Fl. Scaldim: vrbs munitissima cum arce, & castro, Episcopalis juris.</i> le Cambresis. <i>Castrum Cameracense: Caſteau Cambresis, ad Fl. Sellam l. Selle, bellis hisce deformatum.</i> <i>Crepacorium: Creneceil, burgus peramplus ad Scaldium.</i>	CAMERACVM <i>Cameracum: Cambray, Flandris Camerik, antiquissima ciuitas, & prima à Francis occupata ad Fl. Scaldim: vrbs munitissima cum arce, & castro, Episcopalis juris.</i> <i>Castrum Cameracense: Caſteau Cambresis, ad Fl. Sellam l. Selle, bellis hisce deformatum.</i> <i>Crepacorium: Creneceil, burgus peramplus ad Scaldium.</i>

§. 6. *Namurcensis Comitatus, le Comté de Namur.*

NAMVR CVM, vel ut mauult Lipsius Namurum, quia dicitur quasi propinquus Murus *Na-muer*, vulgò *Namur*, Flandricè *Namen*, ad confluentias Mosæ & Sabis *la Sambre*, vrbs munita & diues.

Sff ij

Ognacum: *Ognies*, aliter *Ognez*, ad Sabim vnde S. Maria; olim Leodiensis, nunc Namurcensis ditionis.

Bouiniacum: *Bouines*, ad Mosam, cuius pugna celebris, oppidum s̄æpe deuastatum, nunc splendorem recipit.

Dionantum: *Dinant*, Leodiensis Episcopi, sed huic Comitatui attributum, vrbs iam lepida, circa quam nigra Marmora effodiuntur.

Andenna: *Anden*, vbi præpositura Canonicarum; ad Mosam duabus à Namuro lencis.

Mons Caprarum: *Churemont*, destrœta vrbs, cuius rudera videntur in monte *Poluasint* et Namurum, & Dionantum, bello Leodiensi destrœta est.

Daua: *Deue*, ad Mosam, Vicecomitatus titulo cum arce non temnendâ.

§. 7. *Ducatus Lucemburgicus, le Duché de Luxembourg.*

L V- *LYCEMBVRGVM: Luxembourg*, seu *Lutzenbourg*, à Fl. Elza, vulgò *Alſuz* cui affidet, fortè Alizontia olim quasi burgus ad Elzam, vrbs olim immunita; quare dubitauit Henricus II. an captam retineret: propè visitur magnificum palatum à Petro Ernesto Mansfeldiensi prorege excitatum in quo ad delicias nihil deest.

CEM- Theodonis villa, seu Theonis: *Thionville*, Germanis *Diodenhoven*, ad Mosellam vrbs munitissima, & Gallicæ fortitudinis bis monumentum facta, à quā non procul Mons S. Michaëlis olim Adromarus, vbi se venationibus exercebat Carolus Magnus.

B V R- Russiacum castrum, alias S. Pauli: *Rouſſy*, Comitatus caput, cuius Dominus ex Russia oriundus erat.

G I C A Virtonium: *Virton*, municipium sat munitum. Mons Maledictus: *Monmeay*, aliter Malmedium, quod à Mercurio h̄ic culto deriuare aliqui volunt; alij Maledictum dici malunt, quod Valentianus h̄ic amisit exercitum.

D I- Yuodium: *Yuox*, locus præmunitus ad Fl. Charum le Chier.